AUGUSTINUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Sequitur matthe; Erant ibi maria magdalene & altera maria sedentes contra sepulchrum qd marcus tradit; Maria autem magdalene & maria iosephas piciebat ubi poneretur; Unde nihil eos ex hoc dissentire manifestum e. Secr. matthe. Altera autem die quae e post parasceuen conuenerunt principes sacerdotum & pharisaei ad pilatum dicentes: domine recordatisumus: quia seductor ille dixit. Adhucuiuens post tres dies resurgam; Iube ergo custodire sepulchrum usque in diem tertium: ne for teueniant discipuli eius: & furentur eum & dicant plebi: surrexit a mortuis; Erit nouissimus error peior priore; Ait illis pilatus: habetis custodiam ite custodite sicut scitis; Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum signantes lapidem cum custodib: Hoc solus matthe narrat nullo aliorum nanrante aliquid qd huic uidetur ee contrarium;

Deinde sequitur Idem matheus: & dicit; Uespere autem sabbati quae lucescit in prima sabbati uenit maria magdalenae & altera maria uidere sepulchrum. & ecce terre motus factus e magnus; Angelus enim dni discendit de celo. & accedens reuoluit lapidem & sedebat super eum; Erat autem aspectus eius sicut fulgor & uestimenta eius sicut nix. Prae timore autem eius exterriti sunt custodes & facti sunt uelut mortui.

Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere uos. Scio enim qd ihm qui crucifixus e quaeritis: non e hic surrexit enim sicut dixit. Uenite & uidete locum ubi positus erat dns. & cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit. & ecce praecedit uos in galilea ibi eum uidebitis & ecce dixi uob. Huic marcus consonat. sed potest mouere quomodo secdm matheum angelus super lapidem sedebat reuolutum a monumento;

Marcus enim introeuntes ea in monumento dic. Uidisse iuuenem sedentem in dextris coopertum stolam candidam & obstupuisse. Nisi intellegamus aut matheum tacuisse de illo angelo qui intrauerat sed. Marcum uero